



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 86. Responsnm ad utriusque Theologi Pontificii dubia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI.** priventur: quapropter hi Theologi pe-  
**A.C. 1562.** tebant, ut alia ratio, quæ illius inter-  
 dicti æquitatem ostenderet, adducere-  
 tur, qualis foret hæc, eoquod infan-  
 tes nequeant panem Eucharisticum a  
 communi pane discernere, adeoque se-  
 ipsos probare non possint ad illum digne-  
 comedendum, sicut tamen Apostolus  
 præcipit: non ergo eis Eucharistiam  
 ministrare oportet, eoquod eam hoc  
 modo discernere non valeant.

## §. LXXXVI.

*Responsum ad utriusque Theologi Pon-*  
*tificii dubia.*

**Pallav. l. 17.** Porro Legati perceptis hisce quatuor  
**c. II. n. II.** utriusque Legati Pontificii rationi-  
**& seq.** bus ex quatuor illis Episcopis ad id de-  
 signatis, neçnon ex Petro Soto, quid  
 demum sentirent, sciscitabantur: porro  
 hi re inter se maturius perpensa, cuncta  
 decreti capita fuisse rite confecta, neque  
 emendatione indiga affirmabant, ex-  
 cepto tertio capite, in quo forte quic-  
 quam corrigi posset: itaque ad primam  
 Salmeronis difficultatem responsum est,  
 quod ægre admodum definiri possit, ea  
 verba in ultima Cœna fuisse directa a  
 Christo solum ad Apostolos, & in ipsis  
 ad solos Sacerdotes, cum tam multi  
 Doctores, inter quos S. Thomas nume-  
 ratur, existerent, qui hæc verba ad alios  
 exten-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

extendunt: quapropter contraria interpretatione, tametsi pernicioſa non esſet, non tamen tanquam certa proponenda foret, maxime quod S. Paulus in epiftola ad Corinthios loco nuper allegato, eam institutionem in Cœna habitam reputet tanquam communem Sacerdotibus æque, ac laicis, ut proinde opportunius agi non posset a Concilio, quam si præprimis, ad quid quivis in ſuo ſtatu adstringatur, exponeret, & poſtea stabiliret, quod non ſinguli fideles teneantur sumere Euchariftiam ſub utraque ſpecie, cum contrarius uſus, Ecclesiæ auſtoritate, & conſuetudine firmetur.

Ut vero ſecundam ſolverent diſcultatem, exponebant hi Praefules: cum Ecclesia duplicis interpretationis copia circa S. Joannis testimonium ex capite ſexto deſumptum fruatur, & earum utraque probationem ab hæreticis inde deductam impugnet, ad unum tantummodo ſenſum hæc verba eſſe redigenda non videntur, præſertim cum ante Bohemorum hærefiſim in Scholis conſuetum eſſet, ſumptionem Euchariftiæ tueri ſub una tantum ſpecie, ac reſtrictione ad ſolos adultos, ſimulque respondetur, quod in eo ſermone per S. Joannem relato Christus de ſpirituali conmuſione locutus fuerit: enimvero re- ipſa



Sæcul. XVI. ipsa complures, & insignes Doctores in  
A.C. 1562.

ea erant sententia: quocirca objici non poterat, interpretationem hujusmodi esse novam, atque eo fine emendicata, ut se illi defenderent contra argumenta, quæ a recentioribus hæreticis objiciuntur, cum hæc Interpretatio a veteribus Ecclesiæ Patribus fuerit adoptata. Ceterum plus dubitationis, ac moliminiis tertia difficultas præferebat; quippe ex una parte in testimoniis ex Divo Paulo productis, atque in decreto allegatis solidum reperiri fundamentum videbatur: etenim vox græca *Mysterium*, in Ecclesia solet accipi pro *Sacramento*, & a majori interpretum parte recitatis S. Pauli verbis hujusmodi significatio tribuitur: quo jam stabilito, idem Apostolus ibi hæc duo munera, *Ministri*, & *Dispensatoris*, distinquit duobus græcis vocabulis, quorum alterum importat *executorem*, seu *Subdiaconum*, vel si ita loqui fas est, *subservientem*, sicut explicat Synodus Laodicena: alterum autem, quod præcipue ab Apostolo ad Sacraenta refertur, significat *oconomum*, quod ex Græcis hisce vocibus οῖνος, & νομός deductum significat idem, ac *Dispensator Domus*: executori autem suæ natura nova auctoritas non conceditur, quæ tamen tribuitur Oecono:

ille



ille vero existimatur fidelis dispensator, <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 & œconomus, qui per ejusmodi po- <sup>A.C. 1562.</sup>  
 testatis usum res apte disponit ad fi-  
 nem, seu ad Domini sui utilitatem:  
 de cetero ex altera parte videbantur  
 omnes hæ rationes argumenti probabi-  
 lis, ac verisimilis limites haud exce-  
 dere, quare restricta fuit formula in  
 illis testimoniosis ex Divo Paulo addu-  
 cendis, ita, ut ibi, ubi prius affere-  
 batur: *id Apostolus manifeste testatus est,*  
 postea diceretur: *id Apostolus non obscure*  
*visus est innuisse.*

Ad postremam difficultatem per  
 Papæ Theologos propositam responsum,  
 quod in ea ratione, quam duo illi  
 Theologi tanquam basim constituendam  
 censebant, Concilium fundari non pos-  
 sit; quamvis enim illa a pluribus, iisque  
 præclaris Doctoribus adducta fuis-  
 set, si tamen communi Ecclesiæ no-  
 mine reciperetur, mox veterem ejusdem  
 Ecclesiæ usum de Eucharistia infanti-  
 bus tradenda omnino reprobare videre-  
 tur: quocirca ad excludendam illius  
 necessitatem, ab hæreticis affirmatam,  
 & damnatam a Synodo, Patres nullam  
 adducere possunt probationem magis  
 perspicuam, præter illam, quam jam-  
 jam proposuerunt, eoquod nimirum  
 infantes nullo alio Sacramento præter  
 baptismum ad hoc indigeant, ut, si

*Hist. Eccles. Tom. XLV.* M dece-

**Sac. XVI.**  
**A.C. 1562.**

decedant, ad cœlum avolent: porro hoc præmisso, uterque usus dependet ab Ecclesiæ mero arbitrio, ita, ut illa ex congruis rationibus libere modo hunc, modo illum usum eligere, seu quandoque Eucharistiam infantibus concedere, quandoque illam eis denegare valeat, prout jam in decreto disertis verbis significatum fuerat.

§. LXXXVII.

*Episcopi Girundensis dubia in postrema Congregatione ante Sessionem proposita.*

*Pallav. n. 15. Sarpius pag. 520.* Postquam Patres Congregationem, quæ Sessionem vigesimam primam præcesserat, absolverant, iisque ibidem congregati discedere vellent, Arrias Gallegus Girundensis Episcopus, venerabilis Senex Legatos interpellans exclamabat: *revertimini Patres, atque percipite me:* Itaque Legatis non nihil invitit, rursusque suas Sedes occupantibus, Gallegus illos monuit, quod Syndodus plura quidem magni momenti decreta condidisset, quæ tamen, cum in opus deduci non possent, haud dubie crastina die in Sessione ingentes concitatura essent tumultus, nisi opportuno occurratur remedio: postea caput de distributionibus prælegi jussit, atque hæc edixit: „Olim Ecclesiastici præter „distri-

